



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

III. Qualiter in paradiso sine crimine conuersatus sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

cælorum sedes non sine cultore passus torpere, formatis ex informi materia diuersarum rerum speciebus, hominem tandem ex limo conditum, vitæ spiraculo ad sui formauit similitudinem, cui vniuersa totius cœni superficie condita subiiciens, seipsum suosque posteros sibi subiecit, quatenus eius executura posteritas angelorum suppleret numerum, cælorum sedibus superbia turgente detrusum.

III.

Qualiter in paradiso sine crimine conuersatus sit.

Qui paradisiacæ voluptatis amœnitate locatus nullius rei patiebatur dispendium, sed ei totius mundi ad votum suppeditabat facultas. Totius namque bonitatis vbertate fruente nulla ei res instita resistebat. Amore Altithrono deuote obsequenti creatura cuncta famulabatur subiecta. Fruebatur lætabundus Creatoris tripudio, & angelorum alacriter utebatur consortio. Non eum corporalis debilitabat imbecillitas, nec animi affligebat anxietas. Non typho leuis raptabatur superbiæ, sed suo se coniungens auctori humilis pollebat mirifice. Non eum inanis tumidum vexabat gloria, sed deuotum Creatoris magnificabat memoria. Non inuidia eum alieno torquebat profectu, sed caritas iugiter lætabatur amplexu. Non ira cruciabatur infestus, sed caritatis tranquillitate leuiabatur patientissimus. Non eum tristitia mœrore deiiciebat, sed gaudii spiritalis spe pollente florebat. Non auaritia nimium incitabatur cupidus, sed dapilitatis studio exercebatur largissimus. Non illicito mallicus delectabatur edulio, sed parcitate contentus licito utebatur cibario. Non luxuria eum stimulabat nefaria, sed continentia competens constringebat ad præmia; omnium polycrates virtutum, cunctis carens aduersis, omnibus florens prosperis, rite pollebat ingenuus.

IV.

Quomodo cælum sine morte conscendere confidebat, & diabolus inuidus ne ascenderet impediebat.

Qui prole ad numerum patrata, superbientium angelorum vniuersa comitante profapia, sine loto gustato ligni vetiti fructu, æthereos æternæ beatitudinis suggestus trinatim cum Domino regnans conscendere macrobius confidebat. Inuidus igitur hoc animaduertens * zabulus,

* diabolus